



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ioannes Silent. S. Glyceria M. S. Servatius Epis. [1]3. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Iohannes Silent. & Glyceria M.
S. Servatius Epif. .3. Maij,



Silencium.

Discamus prius non loqui vt ad lo-
quendum ora bene referemus. Hiero.

Letetur Ecclesia tua Deus B Iohan-
nis Conf. tui (B. Glyceria M: B. Serua-
tij Epi. confisa suffragijs: atque eius
precibus gloriosis & deuota perma-
neat, & secura consistat. Per D. N. Ies.
Chr. &c.

Ora pro Infirmis, &c

1. S. Ioaannes Silentarius, magnarum
opum hæres B. M. V. hæredem fecit
Templo magnifico illius nomini con-
structo, eidemque deuotus vixit. Hie-
rosolymam honorum fugiens cum ve-
nisset, stella duce in Monasterium per-
uenit, nouemque annos silentio tranf-
egit in spelæo. Ex humanis demum a-
biit sancte A. 1058. annū agens 109

2. S. Glyceria Macarij III. Cos. filia,
sexus sui miraculum, vtriusque exem-
plum Antonino Imp. effloruit. Lam-
padophoria celebrantibus impijs ipsa
frontem cruce signata prodibat, eam
demum veram esse Lampadem asse-
rens, in cuius luce oporteat omnes
ambulare gentes.

3. S. Seruatus Tungrensis Epif. Ca-
tholicæ fidei acerrimus defensor in
Concilijs, ipsum Coloniae Epim. Eu-
fratam à fide auersum sede deiecit, &
Romam profectus ad S. Petri limina,
pacē terris oratā cū nō impetrat obiit.